

WS 1723

**PRO-RECTOR**  
**ACADEMIÆ GIESSENSIS,**  
**IMMANUEL**



CONSILIARIUS HASSO-DARMSTAD. JURIIUM PROF.  
PUBL. ORDIN. & ACAD. SYNDICUS;

UNA CUM UNIVERSO SENATU  
ACADEMICO,

OMNIBUS LECTURIS, INPRIMIS CIVIBUS IN QUALIBET  
FACULTATE STUDIIS LITANTIBUS

*S. P. D. ET LABORES PROXIMI SEME-  
STRIS INTIMAT,*

EODEMQUE OMNIUM DISCIPLINARUM CULTORIBUS  
AD LAUDABLEM DILIGENTIAM COMMENDAT.

*DIE XVIII. SEPT. MDCCXXIII.*

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAIORI.

CUM ANNEXA SERIA ET NECESSARIA,

AD STUDIOSAM JUVENTUTEM,

EXHORTATIONE ATQUE ADMONITIONE!

---

GIESSE

TYPIS JOH. REINH VULPII, ACAD. TYPOGR.

IN FACULTATE THEOLOG.  
JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,

Theologus Primarius.

**T**Am publice quam privatim continuabit Lectiones Exegeticas, eisque institutionem & praxin homileticam junget: In Theologia Morali & Polemica tribus horis per hebdomadem perget, simulque disputationes publicas interponet. In primis autem, ex multorum desiderio, Theologiam universalem Biblicam toties magno cum fructu tractatam, ex ipsis sacris fontibus proponet.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

SS. Th. D. & Prof. Ord. Consist. Eccl. Assess. & district.

Marpurgo - Darmst. Superint.

**Q**Uod haud ita pridem pro stabilienda Thesi privatim orsus est Collegium Examinatorium, non minus ac Polemicum disputatorium, auxiliante Deo continuare non modo constituit; sed publicis quoque horis Harmoniam Evangelistarum, brevi interjecta difficiliorum phrasium & locorum exegeti dilucidare ulterius adlaborabit.

JOH. GOTTFREDUS SCHUPART,

SS. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adessor & Dioces.

Alsfeld, Superintendens.

**L**Ectiones Exegeticas, Theticas, Morales ac Pastorales acriter porro urgebo; hisce singulis hebdomadibus exercitia disputatoria addam, quibus universam B. Bæieri Theologiam Positivam per pensa amico Commilitonum Examine publico, subicere mecum decreverunt. Juvenes aliqui ab eruditione & virtute commendabiles; cujus instituti nem peculiari programme invitatorio propediem exponam.

JOH. GEORG. LIEBKNECHT,

SSæ. Theol. D. & Prof. P. Extraordin.

**P**ublice continuabit suum, propositis nonnullis ex Aug. Conf. Thelibus, exercitium disputatorium hebdomadale, Privatim Lectionem quandam

dam Theologico-Cursoriam in Libb. N.T. ita instituet, ut discentes textui fundamentali adsuefacti verba & phrasas, Sacrae Scripturae peculiare una cum materiis sacris eo citius cognoscant, & ad Exegesin reliquasq; SS. Theologiae partes tanto felicius transire queant.

# IN FACULTATE JURIDICA.

JACOBUS FRIDERICVS LUDOVICI,

Jctus.

**I**Ntra duas, vel tres hebdomades lectiones privatas ad Jus Naturae absolvet, exercitia disputatoria etiam ad finem properant. Postquam deinde collegia ad Jus Canonicum & ad Institutiones finita erunt, novo collegio Pandectarum, quod mox auspiciabitur, singulis diebus duas horas destinabit, & ex Dni. Auditorum voto, prout superiore semestri hyemali quoque fecit, vel collegium Juris feudalis, vel practicum elaboratorium auspiciabitur.

IMMANUEL WEBER / Jctus,

Consiliar. Hasso-Darmstad. Acad. Syndicus, h. t. PRO-RECTOR.

**A**bsolutis integre, quae in elapso semestri inchoavit, pensis, nova ordietur; & quidem publice doctrinam de LL. divinis positivis, atq; Theologiae ac Juris studiosis cognitu necessariam, fusius exponet. In privatis Lectionibus Jus Publicum, loco operis Schvvederiani, quod ob nimiam prolixitatem intra annum, vix commodè absolvi potest, ex Dni. Jo. Friderici Hombergii Compendio J. Publici, nuper edito, ita pertrahabit, ut cum semestri Collegium finiatur, necessaria ex Schvvedero, Rhetio, Coccejo & aliis suggesturus. Praeterea Jus Feudale ex Strykii Examine, propediem cum Notis suis prodituro, explanabit; ac tandem H. Grotii, de J. B. & P. aureos sed explicatu difficiles Libros, à Kulpisio in Synopsin redactos, qua fieri poterit perspicuitate atque brevitate illustrabit.

JO. GODOFREDUS HARTVNGIVS, D.

Consiliar. Hasso-Darmstad. & Jur. Prof. Ordin.

**P**ublice privatimque in Pandectis ad ductum Comp. Lauterbach. explicandis

plicandis progredietur, & privatas quidem lectiones Pandectales, ad librum tertium usque perductas, dabit operam, ut per hoc semestre hybernum insuntis binis per diem horis absolvat.

**JO. FRIDERICUS KAYSER,**

*J. U. D. & P. P. Ord.*

**P**ublicè Institutiones Imperatorias explicabit: *Privatim* vero Jus Publicum ad Introductionem *Schwedorianarum* Canonum Jura secundum Arnaldi Corvini à Belderen Institutiones, quam explicatè tradet.

**IN FACULTATE MEDICA.**  
**JOH. CHRISTOPH. HERTIUS, Med. D.**

hujusque Prof. & Archiater Hasso-Darmst. Primar.

**U**bi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiatorum conatus promovere poterit.

**MICHAEL BERNHARDVS VALENTINI,**

*Archiater. & P. Med. Ord.*

**D**E O clementissime vitam & sanitatem indulgente in *Lectionibus publicis* hyemalibus medicamentorum polychrestorum compositionem & usum genuinum docebit. *Privatim* Candidatis, Cursum Medicum instante hyeme absoluturis, methodum examinandi Pharmacopoeos, Operatores, Chirurgos & Obstetrices, visitandi Officinas Pharmaceuticas similiaque Physicis juratis necessaria fideliter communicabit, quo majori cum *καρπύλα* officia publica capessere iisque bona semper conscientia defungi possint.

**D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,**

*P. P. Ordinar.*

**P**ublicè præmissa denuo in gratiam nonnullorum Dnn. Commilitonum Osteologia, Viscerum doctrinam exponet: *Privatim* repetet Operationes chirurgicas, eas quoque quæ deesse videbuntur additurus.

**IO. MELCHIOR VERDRIES,**

*D. Med. PP. Ord. h. t. Decanus.*

**P**ublice Medicinam Forensam, ad ductum Cl. *Teichmeyer*, docebit. *Privatim* in Cursu universæ Medicinæ, quem superiori semestri B. C. *re* cepit, impigre perget.

**JO. THOMAS HENSING,**

*Med. D. & Prof. P. Extraord.*

**P**ostquam æstivis horis publicè Historiam Medicinæ tam in genere, quam in specie Anatomix & Physiologiæ, qua Scriptores & Dogmata exposuit, eandem operam continuaturus, ad reliquas Medicinæ partes, Pathologiam, Semiologiam &c. perget. Privatim in Collegio Consultatorio, quod super scopis, pedem promovebit; & si quid ulterius à Dnn. Philiatris desiderabitur, pro viribus suo fungetur officio.

**CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,**

*Med. D. ejusdemque Prof. Extraordin.*

**E**X speciali SERENISSIMI Gratia inter externos adhuc degens commercio suo literario Dnn. Philiatris porro cõplacere annitetur, donec Academiæ patriæ restitutus coram simul iis inservire valeat.

**IN FACULT. PHILOSOPHICA,**

**MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,**

*Phys. Experim. Prof. P. Ord.*

**P**ublicè *Polychresta Exotica* olim typis expressa explicabit noviterque inventis continuabit. Privatim Dnn. Auditorum votis se accommodabit, quibus pro viris satisfacere studebit.

**MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,**

*Eloqu. & Poët. Prof. Ord. Academ. Biblioth. Praefect.*

**I**n publicis prælectionibus matutina VIII duobus hebdom. diebus VOSSII partitiones oratorias, duobus OVIDII selectiores elegias enucleabit; die Mercurii hora pomerid. II. Bibliothecam aperturus operamque daturus, ut studium in orationibus habendis publicis non cesser. Addet Deo fauente priuatim collegium epistolicum & oratorium in utraque lingua practicum, nec in aliis muneris sui partibus explendis defuturus.

**D. IOH. GEORG. LIEBKNECHT,**

*Math. Prof. P. Ordinarius.*

**P**ublico Elementorum suorum Geographicorum, quæ hucusque unâ cum Geographia historica explicavit, partem ultimam de *structura* &

*usu Globorum* absolvet; *Privatim* non solum omnes *Matheseos* partes sive *Cursum Mathematicum*, intra anni spatium perlustrandum relumer, sed & in *Algebra*, *Geometria*, *Architectonica* ex nonnullorum desiderio specialius pertractanda, suam industriam & fidem, uti in reliquis *doctrinis Mathematicis*, qualescunque desiderabuntur, probabit.

**IO. HENR. MAIVS,**

*Antiquitatum*, *litteraturae Graecae*, & *linguarum orientalium* Professor ordinarius.

**I**N *Philologica* S. *Lucae* enarratione publicam collocabit industriam; *priuata* vero auditorum expectabit & sequetur desideria.

**IO. MELCHIOR VERDRIES,**

D. *Phys.* P. P. *Ordinar.*

**P**ublice controversias recentiorum *Physicas* pertractabit; *Privatim* *Institutiones Philosophiae Naturalis* exponet.

**JOH. CONRADUS ARNOLDI, D.**

*Log.* & *Metaph.* Prof. Ord.

**Q**uae ex *Philosophia rationali*, sive *Logica*, errante adhuc notanda & corrigenda restant, Deo juvante, publice porro expediet. *Privatim* *Collegia Logica* & *Metaphysica*, captui & usui *Dnn. Auditorum*, & quidem separatis horis, ita accommodabit, ut singularum quoque facultatum studiosis sua constet utilitas; inprimis vero ex *Pneumatica*, quae *Metaphysicae* nostrae pars est, *Theologiae naturalis* explicationem in peculiari collegio proponet, quo facillior & ad *Theologiam revelatam* & ad *Jus Naturae* tractandum, aditus pateat; ubi vis etiam disputandis exercitium sedulo urgebit, ad facultatem recte rationandi, nec non logicum opponendi, tum respondendi, & comparandam, & comparatam promovendam.

**SEBASTIANUS MASSON, P.**

**J**us primum, mores, *civilia non sine fructu ut docuit*; perget, huminis dante, lubens.

**CHRIST!**

CHRIST. FRIDER. AYRMANNVS,

Histor. Profess. P. Ord.

Publice aliquandiu in tradenda historia Germanica versatus, nuper per  
ferias caniculares coepit enarrare Buddei historiam philosophicam,  
coepumque insequente semestri absolvet, quo facto in Tabulas Geogra-  
phicae aut Genealogicas commentabitur. Priuatim absoluto fere Col-  
legio historiae uniuersalis ad ductum Cellaril, nouum statim inchoabit,  
explanabit Speneri Historiam Germanicam, & Heumanni Conspectum  
reipubl, literariae illustrabit. Alia Collegia a se in posterum habenda pe-  
culiari scheda proxime euulganda indicabit.

D. JOH. THOMAS HENSING,

Philos. Natur. Chemicæ Prof. Ord.

Publice Institutiones Chemicæ explicabit, ut in privato Collegio Che-  
mico practico, quod petierunt jam pridem, Dni Commilitones Me-  
dici eo melius operas operationumque & productorum rationes in-  
telligere possint.

CHRISTOPH. LVDOVICVS RÜDIGER,

Prof. Extraord.

Propositis hactenus aptae compositionis & condecentiae prolegome-  
nis, nunc ipsam *decori doctrinam* in disciplinae formam aliquantisper  
redactam, enodare: Conceptus & *axiomata* philosophorum uniuersa-  
lissima ex publica Cathedra suggerere: Per *uniuersae philosophiae orbem*  
eos, qui Musarum primordia capiunt, de nouo deducere: Collegium  
Critico-literarium de *legendis, interpretandis, & diiudicandis cum fru-  
ctu libris*, adderet ut &, ex venerandi Ordinis Theologici consensu,  
Collegio aliquo *Homiletico*, quomodo *γῶνις οὐρηγίας* ad habendas pro-  
suggestu conciones, scite adplicari queat, commonstrare, eumque quae-  
stum maximum, quam maxime inseruire Dn. Auditorum  
commodis, in animum induxit suum.



## ADMONITIO.

**I**ngrato homine terra nil pejus creat, vetus & verissimum Ausonii Epi-gram. 140. dictum est. Quod detestandum animi vitium ingrati, dum apud multos nostrorum Civium Academicorum pene in morem abiit; idcirco eosdem hisce monitos volumus, ut, juxta tenorem Serenissimi & Clementissimi nostri Nutritoris mandati, quo jussit: *Das die Studiosi, mittelst Prænumerirung der einen/ und Erlegung der andern Helffte in medio, die Collegia redlich bezahlen sollen. Haupt-Verordnung/ Art. XI. fol. 18.* ingratitude labem deinceps abstergant; simulque notum facimus, quod per priores quatuordecim, à tempore inchoati Collegii, dies cuilibet liberum esse, docentem audire; eo spacio autem effluxo, nisi, facta dimidii didactri prænumeratione, sive *Gießensses*, sive quivis alii fuerint, solis pauperibus exceptis, ad Lektionen aditus præclusus esse debeat: Eorum autem ingratorum nomina, qui, insalutatis Creditoribus, vel nunc nuper, vel pronuper hinc discesserunt, non habita ratione generis atque conditionis, nisi intra mensis curriculum *legalia debita* solverint, aut præstitam solutionem certo probaverint, in vim citationis, ad valvas publicas affigemus, & contumaciter se subtrahentes aut emanentes, Relegationis poena certissima afficiemus. Qui vero mellioris frugis estis & porro esse cupitis, ingenui Cives, servate vestrum decus; imo perpendite, quam probrosa sint, quibus in *αχαριστων* & Gentiles inveci fuerint: *Dixeris maledicta cum-eta, cum hominem ingratum dixeris, vox est Publici.* In vitio ingrati nihil non mali inesse, Cicero *11X. ad Attic. Ep. 4.* pronunciat.

Conclusum unanimi Senatus Academici Decreto, & P. P. Gießæ die XVII. Sept. MDCCXXIII.